

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber secundus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. TULLII CICERONIS  
EPISTOLARVM  
LIBER SECVNDVS,  
AD  
ATTICVM.

CICERO ATTICO, S.



At, Jun. eunti mihi Antium & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, venit obviam tuus puer. is mihi litteras abs te, & commentarium consulatus mei Græcè scriptum reddidit; in quo & latatus sum, aliquanto ante de iisdem rebus Græcè item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedisse. nam, si ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse diceres. quanquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quòd ornamenta neglexerant; & ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. meus autem liber totum 2 Isocrati *μυροθήκιον*, atque omnis ejus discipulorum arculas, ac nonnihil etiam 4 Aristotelia pigmenta consumpsit: quem tu Corcyra, ut mihi aliis litteris significas, strictim attigisti; 5 post autem, ut arbitror, à Cossinio accepisti; quem tibi ego non effem ausus mittere, nisi eum lentè, ac fastidiosè probavissèm. quamquam ad me rescriptis jam Rhodo 6 Posidonius, se nostrum illud 7 *ὑπομνημα* cum legeret, quòd ego ad eum, ut ornatus de iisdem rebus scriberet, miseram; 8 non modò excitatum esse ad scribendum, sed etiam planè perterritum. quid quæris? conturbavi Græcam nationem. ita, vulgo qui instabant, ut darem sibi quòd ornarent, jam exhibere mihi molestiam destiterunt, tu, si tibi placuerit siber, curabis, 9 ut, Athenis sit, & in ceteris oppidis Græciæ videtur enim posse aliquid nostris rebus lucis afferre. Oratiunculas autem, & quas postulas, & plureis etiam mittam: quoniam quidem ea, quæ nos scribimus adolescentulorum studiis excitati, te etiam delectant. fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationi-

bus, quæ *Philippica* nominantur, ro enituerat civis ille tuus Demosthenes, & 11 quòd se ab hoc refractariolo judiciali dicendo genere abjunkerat, 12 ut *σεμνότερός τις, & πολυ- τικώτερος* videretur, curare, ut meæ quoque essent orationes, quæ consulares nominarentur. quarum una est in senatu *KAL. Jan.* altera ad populum de lege agraria; tertia de Othone; quarta pro Rabirio; quinta de proscriptorum filiis; sexta, cum provinciam in concio- ne deposui; septima, qua Catilinam emisi; octava, quam habui ad populum postredie quàm Catilina profu- git; nona in concione, quò die 13 Allobroges invoiga- runt; decima in senatu Nonis Decembr. sunt præterea duæ breves, quasi 14 *δωρα δαμάτια* legis agrariæ. hoc totum *σάμα* curabo ut habeas. & quoniam te cum scripta, tum res meæ delectant; iisdem libris perpicies, & quæ gesserim; & quæ dixerim: 15 aut ne poposcis- ses. ego enim tibi me non offerebam. Quòd quæris, quid sit, 17 quòd te accessam? ac simul, impediatum te negotiis esse, significas; neque recusas, quin, nonmodò si opus sit, sed etiam si velim, accurras: nihil sanè est necesse; verumtamen videbare mihi tempora peregrinationis 18 commodius posse describere, nimis abe: diu, præsertim cum sis in propinquis locis: neque nos te fruimur; & tu nobis cares. ac nunc quidem otium est: 19 sed, si paulò plus furor Pulchelli progredi posset, valde ego te istinc excitarem. verùm præclarè Metellus impedit, & impediēt. quid quæris? est consul 20 *Φιλόπαιτος*, & uti semper judicavi, natura bonus. ille autem non *stimu- lat*, sed planè Tribunus pleb. fieri cupit. 21 qua de re cum in senatu ageretur, fregi hominem; & 22 instantiam ejus reprehendi, qui Romæ Tribunatum pleb. peteret, cum 23 in Sicilia Heræ Adilitiam se petere dicitasset. sed

1. *Arctius sum aliquando.* Vulg. *latatus sum me aliquando*  
2. *Isocrati.* Vulg. *Isocratis.*  
3. *Μυροθήκιον.* Vnguenti & pigmentorum arculam.  
4. *Post autem, ut.* In manuscripto Vrsini est, *postquam ut.*  
5. *Posidonius.* Ita legit Faërnus unico s.  
6. *Αριστοτελεια.* Vulg. *Αριστοτελεια.*  
7. *ὑπομνημα.* Commentarium.  
8. *Non modo excitatum.* Vulgò, *non modo non excitatum.*  
9. *Ut Athenis sit.* Vulg. *ut Athenis.*  
10. *Enituerat, abjunkerat.* Hæc est cod. Tornæ lectio; vulg. *enitue- ris, abjunkerat.*  
11. *Ab hoc refractariolo.* Ita vulgata & Tornæ. codex. Memmiani codd. habent *refractariolo.*  
12. *Ut σεμνότερός τις.* Gravior, auctoritateque pollentior, & rebus tractandis accommodatior. Est à codd. Tornæ. & vulgatis: Vi- ctorius ait in vetust. cod. legi *ne σεμνότερος*, sed Lambinus im- probat.  
13. *Allobroges invoigarunt.* Est Decur. Vulg. *invoigarunt*; Manutius conjicit *indicarunt.*  
14. *Α δωρα δαμάτια.* Fragmenta.

15. *Iisdem libris perpic.* Vulg. *iisdem ex libris.*  
16. *Aus ne poposcisset.* Sic legendum censet Lambinus. quin sic ha- bet plane cod. Tornæ. *aus ne poposcisset autem Vulg. ac ut pop. &c.*  
17. *Quod te accessam.* Seldæ, & Crusell. ut codices Malasp. quæd, non, ut est in vulg. quæ.  
18. *Commodius posse describere.* Ita Faërn. ex antiquo cod. restituit, quom antea legeretur *distribuere*. *Distribuere*, probat Lamb. ex cod. Torn. cui assentitur Lun.  
19. *Si paulo plus.* Quidam referente Lamb. volunt legi *si paulo, seu- gine.*  
20. *Φιλόπαιτος.* Patriæ amans.  
21. *Qua de re cum.* Quære, vulgati.  
22. *Instantiam ejus reprehendi.* Eius abest à publicatis.  
23. *In Sicilia Heræ adilitatem se petere dicitasset.* Est Bosii; ex De- curt. à qua lectione non valde discrepat depravata hæc Torn. *heræ adili- tatem sepe heræ dicitasset.* Junius verò dicit, *heræ adilitatem se petere dicit- asset*; germanam esse lectionem, quam proximè Bos. allequutus sit. Vicit aut scriptum in antiquiori suo, *heræ adilitatem sepe heræ dicitasset*, nequæ- que: antea erat, *adilitatem sepe dicitasset*; quam lectionem Man. esse in Bosfar. & Cavale. mss. faceret; cui abunde tamen videtur dictio, *sepe* etiam illi ferripisse constare.

sed neque magnopere dixi esse nobis laborandam: quod nihilo magis ei licitum esset *plebeio* tempore perdere, quam similibus ejus me consule *patricio* esset licitum. Jam, cum se ille septimo die venisse à Fretis, neque sibi obviam quemquam prodire potuisse, & noctu se introisse dixisset, in eoque se in concione jactasset; nihil ei novi dixi accidisse: ex Sicilia septimo die Romam; tribus horis Roma Interamnam; noctu introisse item ante: non esse itum obviam; ne tum quidem, cum iri maximè debuit. quid queris? hominem petulantem modestum reddo, non solum perpetua gravitate orationis, sed etiam hoc genere dictorum. itaque iam familiariter cum ipso etiam cavillor, ac jocos. quin etiam cum candidum 2 deducemus, querit ex me, num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare? negavi. at ego, inquit, 3 novus patronus institutum. sed foror, quæ tantum habet consularis loci, unum mihi *solum pedem* dat. noli, inquam, de uno pede fororis queri: licet etiam alterum tollas. non consulare, inquit, dictum; fateor: sed ego illam odi male consulari. ea est enim seditiosa: ea cum viro bellum gerit, neque solum cum Metello, sed etiam cum Fabio, 4 quod eos in hoc esse molestè fert. Quod de agraria lege queris, sane jam videtur refrixisse. Quod me quodam modo molli brachio de Pompeji familiaritate oburgas: nolim ita existimes, nie mei praesidii causa cum illo conjunctum esse: sed ita res erat instituta, ut, si inter nos esset aliqua forte *diffensio*, maximas in republica discordias versari esset necesse. quod à me ita præcautum, itaque ita provisa est, non ut ego de optima illa mea ratione decederem; sed ut ille esset melior, & aliquid de populari levitate deponeret; quem de meis rebus, in quas eum multi incitarunt, multo scito glotiosius, quam de suis prædicare. sibi enim bene gesta, mihi conservatæ reipubl. dat testimonium. hoc facere illum, mihi quam prosit, nescio; reipubl. certè profest. Quid, si etiam Cæsarem, cujus nunc venti valde sunt *secundi*, reddo meliorem? num tantum obsum reipub? quin etiam, si mihi nemo invideret; si omnes, ut erat æquum, faverent; tamen non minus esset probanda *MARCIA*, quæ sanaret vitiosas partes reipubl. quam quæ exsecraret. nunc verò, cum equitatus ille, quem ego in elivo Capitolino, te signifero, ac principe, collo caram, Senatum deleverit; nostri autem *principes* digito se calum putent attingere, si nulli barbari in piscinis sint, qui ad manum accedant; 5 alia autem negligant: nomine tibi satis prodesset video, si perficio, ut noimnt obesse, qui possunt? nam, Catonem nostrum non tu amas plus, quam ego. sed tamen ille, optimo animo utens, & summa fide, nocet interdum reipubl. dicit enim tanquam in Platonis

*παιδείας*, non tanquam in Romuli *face*, sententiam. quid verius, quam in judicium venire, qui ob rem judicandam pecuniam acceperit? consuit hoc Cato, assensu senatus. 6 Equites curia bellum, non mihi. nam ego dissentii. quid impudentis publicanis renuntiantibus? fuit tamen, retinendi ordinis causa, facienda jactura. restitit, & pervicit Cato. itaque nunc, consule in carcere incluso, sæpe item seditione commota, aspiravit nemo eorum, quorum ego concursu, itemque contules, qui post me fuerunt, tempore defendere solebant. Quid ergo? istos, inquit, mercede conductos habebamus? Quid facimus, si *aliter* non possumus? an libertinis, atque etiam servis seiviatuus? sed, ut tu ais 7 *ἀλλ' ἄρα οὐδὲν*. Favonius meam tribum tulit honestius, quam suam; Lucceji perdidit. accusavit Nasicam inhonestè, ac 8 (modestè tamen dicit) ita ut Rhodi videretur molis potius, quam Moloni, *operam dedisse*. mihi, quod defendissem, leviter succensuit. nunc tamen petit iterum reipubl. causa. Luccejus quid agat, scribam ad te, cum Cæsarem video, qui adent biduo. Quod Sicyonii telebant; Catoni, & ejus æmulatori tribus Servilio. quid? ea plaga nonne ad multos bonos viros pertinet? sed, si ita placuit, laudemus; 9 deinde in discessionibus soli relinquamur. Amalthea mea te expectat, & indiget tui. Tusculanum & Pompejanum valde me delectant, nisi quod me, illum ipsum vindicem *arris* alieni, ære non Corinthæo, sed hoc circumforaneo obruerunt. In Gallia speramus esse otium. Prognostica mecum orationculis propediem expecta. & tamen, quid cogites de adventu tuo, scribe ad nos. nam mihi Pompeia nuntiarum jussit, te mente Quintili Romæ fore. id à tuis litteris, quas ad me te de cessu tuo miserat, discrepabat. Patet, ut antea ad te scripti, omnes *libros*, quos frater suus reliquisset, mihi donavit. hoc illius munus in tua diligentia positum est. si me amas, cura, ut conserventur, & ad me perferantur. hoc mihi nihil potest esse gratius: & cum Græcos, tum verò diligenter Latinos ut conserves velim. tuum esse hoc munusculum putabo. Ad Octavium dedi litteras: cum ipso nihil eram locutus. neque enim ista tua negotia provincialia esse putabam: neque te in 12 *τοιαῦτα* habebam. sed scripsi, ut debuisti, diligenter.

CICERO ATTICO, S.

Ura, amabo te, Ciceronem nostrum. 13 ei nos *ἴσως* videmur 14 *Πισχυδαίου* in manibus tenebam. & hercule magnum acervum Dicæarchi mihi ante pedes extruxeram o magnum hominem, & à quo multo plura didiceris, quam de 15 Proclio. *Καθηδίων, & Ἀλκυδαιῶν* puto me

Romæ

1. Nolla introisse ante. ) Vulg. ita distinguitur, nolla introisse item ante. Non esse, &c. Lamb. ait libros veteres non habere, ante: itaque putabat sic esse nunc locum legendum, ut *libros istos Roma Interamnam nolla introisse* item non esse.  
2. *Diffensio*. ) Est à Crasell. & quibusdam Malasp. codd. vulg. *deductio*.  
3. *Novus patronus*. ) Ita legit Guido Loll. referente Malasp. & Lamb. esse quosdam veteres libros; in quibus legas, *novus patronus*; antiquæ pro *novus patronus*, ait Bos.  
4. *Quod est in hoc esse molestè fert*. ) Sic optime Bos. ait Jun. vulgo, quod me mihi esse amicum molestè fert.  
5. *Alia autem negligant*. ) Optimum conjector hic fuisse Malasp. ut Bos. ex scidis perperet; in quibus non solum scriptum est, *aliam non aliam*.  
6. *Equites curia*. ) Bos. à Vic. legere, *Equites curia* an ex veteribus libris nescit. in Decret. exaratum est conpendio. Equit. quod ego nescis mavult explicare quam equit.  
7. *Αλλ' ἄρα οὐδὲν*. ) Satis studii est & operæ.  
8. *Modestè tamen dicit*. ) Comm. ode Bos. legere agnoscit quod vulg. dicitur quam scripturam dextere explicat Turneb. lib. XXX. c. 13. Malasp. legendi censet, *ac tam modestè dixit*, cujus conjecturam ut non damnare necita probare aulet Lamb.  
9. *Divide in discessionibus*. ) Bosius in *discessionibus* legit, cum Manut. sed in *discessionibus*, h. h. mutat Lamb. verò retinetoram lectionem Man. si *discessionibus*, ut in *discessionibus*; ait tamen veteres

libros habere *discessionibus*.  
10. *De cessu*. ) Scriptura hæc est Decret. ad quam proximè accedit illa Torn. de *cessu suo*. Sed Bos. Ciceronem scripsisse putat de *cessu suo*. Inne probat de *cessu suo*, vel ut Lamb. voluit, *cessu*, utrumque enim idem essentia legebatur de *cessu*.  
11. *Ita mihi nihil*. ) Antecedentia verba, & ad me perferantur, ex optimi m. Pal. fide expungit Jun.  
12. *Τοιαῦτα*. ) Sic restituit Adrianus Turneb. l. XVII. c. 7. & 13. Advers. ut sic diminutivum à *τοῖς*. *τοιαῦτα* ex m. f. rescripserat Janæa Victorius, quom vulgati haberent, *decessionibus*.  
13. *Ei nos ἴσως videmur*. ) Pactui. Hic aliquid mendii lateat, siquidam scripti libri ab impressis dissentiant. In eo qui Bosiaricis fuit perspicue legitur, *era amabo te Ciceronem nostrum ἴσως ἄρα οὐδὲν videmur*; in aliis *erat ἴσως videmur*. Ex depravatæ hujus veteris scripturæ vestigiis, *era amabo te Ciceronem nostrum ἴσως οὐδὲν videmur*, conjicit legendum Moretus; C. a. 10. C. n. cui *ut ἴσως οὐδὲν videmur*. consulatur lib. 1. Variar. lectionum cap. 10.  
14. *Πισχυδαίου*. ) Pellencorum. Dicæarchi librum de populis Pellencis vulg. *πελαγονία*.  
15. *Proclio*. ) Vulg. *proclio*.

Romæ habere. t mihi credes vir, leges; hæc doceo, mirabilis est. *Ἡρώδης*, si homo esset, eum potius legeret, quam unam litteram scriberet: qui me epistola petivit: ad te, ut video, comminus accessit. conjurasse mallem, quam restituisse conjugationi, si illum mihi audiendum putassem. 2 De Lollio sanus non es, De Vinio laudo. Sed heus tu, equid vides *KAL.* venire, Antonium non venire? judices cõgi? nam ita ad me mittunt, Nigidium minati in concione, se judicem, qui non affuerit, compellaturum, velim tamen, si quid est de Antonii adventu, quod audieris, scribas ad me: & quoniam huc non venis, cenes apud nos utique pridie *KAL.* cave aliter facias. Cura, ut valeas.

CICERO ATTICO S.

**P** Rimum, ut opinor *ευαγγέλιον*. Valerius absolutus est, Hortensio defendente, id iudicium 4 *K.* Attilio *condonatum* putabatur: & Epicratem suspicor, ut scribis, lascivum fuisse, etenim mihi caligæ ejus, ut fasciæ cretatae, non placebant, quid sit, sciemus, cum veneris. Fenestrarum angustias quod reprehendis, scito te *Κύρα παιδείαν* reprehendere, nam, cum ego idem istuc dicerem, Cyrus aiebat, 5 viridiorum *Διφφάσεις* latis luminibus, non tam esse suaves, etenim *δ' εἰς ὄψεις ῥῶδ. ἦ, α: τὸ ἴδιον ῥῶδρον, β. γ: ἀκτῖνες ἴ, δ, κ, η, ε,* vides enim cetera, nam, si *κρίτ' ἐδῶλων ἐμπτάσεις* videremus, valde laborarent *εἰδῶλα*, in angustias: nunc sit lepidè illa 8 *ἐκχυσος* radiorum, cetera si reprehenderis, non feres tacitum, nisi quid erit ejusmodi, quod *sine sumptu* corrigi possit, Venio nunc ad mensem Januariam, & ad 9 *ὑπόστασιν* nostram, ac *παλιτέαν*; in qua *σικραπικῶς* 10 *εἰς ἐκῆτερον*; sed tamen ad extremum, ut illi solebant, 11 *τῶν ἀρίστων*, est res sanè magni consilii, nam aut fortiter resistendum est legi agraria; in quo est quædam dimicatio, sed plena laudis: aut quiescendum; quod est non dissimile, atque ire in Solonium, aut Antium: aut etiam adjuvandum, quod à me ajunt Casarem sic expectare, ut non dubitet, nam fuit apud me Cornelius; hunc dico Balbum, Casaris familiarem. is affirmabat, illum omnibus in rebus meò &

Pompeii consilio usurum, daturumque opem, ut cum Pompejo Crassum conjungeret. Hic sunt hæc, conjunctio mihi summa cum Pompejo; si placet, etiam cum Casare; 12 reditus in gratiam; cum inimicis pax, cum multitudine; senectutis otium, sed me 13 *κατάστασις* mea illa commoveret, quæ est in libro 111.

Interea cursus, quos prima à parte juvenia, Quoque ideo Consul virtute, animoque petisti. Hos retine, atque auge famam, laudique bonorum. Hæc mihi cum in eo libro, in quo multa sunt scripta 14 *ἀρισκραπικῶς*, Calliope ipsa præscripserit, non opinor esse dubitandum, quin semper nobis videatur 15 *εἰς ὄψεις ἀριστ' ἐμῶν ἀπὸ πείτης*, sed hæc ambulationibus Compitalicis retinemus. Tu pridie Compitalia memento, balneum calseri jubebo: & Pomponiam Terentia rogat; matrem adjuvemus. 16 *ἔσοφός* 16 *ἔσθ' φιλοτιμίας* affer mihi de libris Quinti fratris.

CICERO ATTICO S.

**F** ECISTI mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti: ex quo quidem ego (quod inter nos licet dicere) millefimum partem *vix intelligi*, pro te tibi presentem pecuniam solvi imperavi; ne tu expensum muneribus fetres. At quoniam nummorum mentio facta est; amabo te, cura, ut cum Titinio, quoquo modo poteris, transigas, si in eo, quod ostenderat, non sit; mihi maxime placet, ea, quæ male empta sunt, reddi, si voluntate Pomponiz fieri poterit: si ne id quidem, 17 nummi potius reddantur, quam illus sit scrupulus, valde hoc velim ante, quam proficiscare, amanter, ut soles, diligentereque conficias. Clodius ergo, ut ais, ad Tigranem? velim 18 Syipraz conditione: sed facile patior, accommodatius enim nobis est ad liberam legationem tempus illud, cum & Quintus noster jam, ut speramus, in otio 19 considerit, & iste sacerdos Bonæ deæ 20 ejusmodi futurus, ejus sit. interea quidem cum *Musi* nos delectabimus animo aequo, immo verò etiam gaudenti, ac libenti, neque mihi unquam venit in mentem Crasso invadere, neque,

1. Mihi credes, leges hæc doceo. Bofii sunt ex Decurt. Antea legebatur, mihi Herodes, lege vel, mihi heredes, &c. Panthagathus legebat: mihi Herodes: lege hæc duas. Iustus Lipsius lib. IV. Epist. quæst. cap. 11. propius ab scriptura descendens, emendat: mihi credes. lege hic cor: mirabilis, &c. Lamb. Malasp. fidem sequutus qui parum mihi credas, parum, mihi credas, scriptum esse in suis libris testatur (quomodo & nonnulli Memmi. & Tornæsi, ipse legunt) sedendum curavit: mihi credas, legendus est. Man. etiam confiteatur, ductis urbanitatibus, brum habere, mihi credas, quidam doctus sic legendum arbitrat: mihi Herodes cum his legendus est. Mavort quidam alius sic mihi hic non Herodes legendus est. Licet etiam legere, mihi crede, legendus est, ut olim ediderat Lamb.  
2. De Lollio sanus non es: De Vinio laudo. Hæc emendatio placet Man. cum antea legebatur vino. Alii legunt de oleo sanus non es; de vino laudo, quæ restititio secundum Fulvianos debetur libris Palatinis.  
3. Ευαγγέλιον. Latini & boni nuntii.  
4. K. Attilio. Si ceteram lectionem retinuerunt Decurt. & Tornæsi, in quorum utroque exaratum est K. Attilio, id est, Casari Attilio. olim Lamb. ediderat, Casarino F.  
5. Viridiorum Διφφάσεις. Transpessus Ita scribit Bofius fidem sequutus omnium librorum mss. Libros veteres parim habere viridiorum, parim, viridiorum, testatur Lamb. ipse legit γ. Διφφάσεις. Vulgata lectio, Cyrus æstus radiorum Διφφάσεις, est à Vict. qui ita emendavit: quom prius corruptissime logetur, Cyrus æstus viridiorum αὶ Διφφάσεις, consulatur & Petrus Pich. l. 11. Adv. subsec. cap. 18. Cyrus æstus viridiorum, vel viridiorum Διφφάσεις latis luminibus, &c. viridiorum hic mendose scriptum, pro viridiorum, hoc est, θυραδίων Διφφάσεις, salvas.  
6. Ἐσω &c. Sic visus a quòd autem videtur b. g. radii verò d. &c.  
7. Κατ' εἶδ. Secundum spectrorum visiones.  
8. Ἐκχυσος. Effusio.  
9. Ὑπόστασιν. Fundamentum & inceptio. Ita omnes mss. quidam tamen sine libris conspiciunt, κατὰστασιν.

10. Εἰς ἐκῆτερον. Socraticè in utramque partem [disputat] Has duas voculas restituit Vict.  
11. Τὴν ἀρίστην. Sententiam quæ placet.  
12. Reditus in gratiam cum inimicis pax, cum multitudine. ] Aliter ditinguitur vulgè, reditus in gratiam cum inimicis pax cum multitudine.  
13. Κατάστασις. Contentio. Legeb. tunc in omnibus Bofii κατὰστασις, unde reposuit κατὰστασις; Lamb. assentitur Turnebo legendam existimanti, κατὰ κλήεις. Mureti liber præci habet, unde facit ῥῶσις lib. xiv. Var. lect. cap. 8. Vulg. κατὰ κλήεις.  
14. Ἀρισκραπικῶς. Accommodatè ad statum optimatum.  
15. Εἰς ὄψεις. Vnum augurium optimum pugnare pro patriâ.  
16. Περὶ φιλοτιμίας. Theophrasti scriptum de studio honorem. Ita Victorius, Manutius, Janius, ex Laertio emendant. prius legebatur περὶ φιλοτιμίας; & in mss. Victor. περὶ φιλοτιμίας.  
17. Nummi potius reddantur. Malic Manutius addidit. Bofius nihil mirandum censet.  
18. Syipraz conditione. Conjectura est Bofii, ex corrupta lectione Syipraz. Antiquus vero liber Besslarionis, Syipraz conditionis, habet. Vtilius ait in uno mss. esse, velim suriam facile patior; in altero, velim sicut conditio ante facit patior: sed postremam hæc lectionem, configurationem esse quorundam testatur Victorius, qui Syipraz conditione quod & in cunctis mss. invenit & Geimani annotarunt, ex eundi jussere, quidam etiam legunt Syipraz: sicut proxime vocem scripturam legit Janius. Turnebus lib. 111. cap. 21. vel Syipraz vel Syipraz legi posse putat. prius probat Lambinus qui ipse putavit aliquando legi posse, Syipraz conditione. Konradus volebat, Syipraz conditione.  
19. Considerit. Vulg. considerit.  
20. Cæsumadi futurus, ejus sit. Bof. ex scidis & Tornæsi. sic habet cæsumadi futurus, ejus sit, ut & antiquus Victor. codex sed Cavalcanis exemplar, sacerdos bene de te cogit, nemadi futurus s. u. s. s. vulg. futurus scit, sciti p. s. s. quæ duæ ultimæ voces absunt à Besslar. mss.

penitere, quod a me ipse non desiverim. De geographia, dabo operam, ut tibi satisfaciam; sed nihil certi polliceor. magnum opus est; sed tamen, ut jubes, curabo, ut hujus peregrinationis aliquod tibi opus exferat. Tu quidquid indagaris de republ. & maxime quos Consules futuros putes, facito, ut sciam: tamen si minus sum curiosus. statui enim nihil jam de republ. cogitare. Terentia saltum perspeximus. quid quaeris? prater quercum Dodonaeam nihil desideramus, quo minus Epitum ipsam possidere videamur. Nos circiter KAL. aut in Formiano erimus, aut in Pompejano. tu, si in Formiano non erimus; si nos amas, in Pompejanum venito. id & nobis erit perjudicandum, & tibi non sane devium. De muro, imperavi Philotimo, ne impediret, quo minus id fieret, quod tibi videretur. censeo tamen, adhibeas Veturum. his temporibus, tam dubia vita optimi ejusque, magni aestimo unius aetatis fructum palatium Palatinum, sed ita tamen, ut nihil minus velim, quam Pomponiam, & puerum versari in timore tuum.

CICERO ATTICO, S.

CURIO equidem, & jam pridem cupio Alexandriam, reliquamque Aegyptum visere, & simul ab hac hominum satietate nostris discedere, & cum aliquo desiderio revereri: sed hoc tempore, & his mittentibus, I Aιδιομογη πρῶτος, ἢ πρῶτος ἰ λ κ σ (ἰ π ἔ π λ ο ς, quid enim nostri oprimates, si qui reliqui sunt, loquentur? an me aliquo praeis de sententia esse deductum? 2 π λ ο δ ἄ μ α ς μ σ π ρ ῶ τ ὁ ἰ λ η ἰ χ ρ ε ἴ λ ο ἠ α θ ἰ ο ς 3 Cato ille noster, qui nihil unquam est pro centum millibus. quid vero HISTORIA de nobis ad annos D C. praedicarit? quas quidem ego multo magis vereor, quam eorum hominum qui hodie vivunt, rumusculos. sed opinor, excipiamus, & exspectemus. si enim deferretur, erit quaedam nostra potestas, & tum deliberabimus. 4 etiam ESTIN non accipiendo nonnulla gloria quare si quid Θεοφάνης tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris. de istis rebus exspecto tuas litteras; quid Atrius narret; quo animo se desinitum ferat; 5 equi Consules parentur; utrum, ut populi sermo, Pompejus, & Crassus; an, ut mihi scribitur, cum Gabinio Servius Sulpicius: num quae novae leges; & num quid novi omnino: & quoniam Nepos proficiscitur, cui nam Auguratus deferatur: quo quidem uno ego ab istis capi possum. 6 vide securitatem meam, sed quid ego haec quae cupio deponere, & toto animo, atque omni cura φιλοσοφῶν? sic, inquam, in animo est: vellem ab initio, nunc vero, quoniam, quae putavi esse praecleara, expertus sum, quam essent inania, cum omnibus Mutis rationem

habere cogito. Tu tamen & de Curtio ad me rescribere certius; & num quis in ejus locum pareat; & quid de P. Clodio fiat; & omnia, quemadmodum polliceris, ἢ ἰ π ἰ χ ρ ο ἴ ο ς scribe: & quo die Roma te exiturum putes, velim ad me scribas; ut certior te faciam, quibus in locis futurus sum; epistolamque statim des de his rebus, de quibus ad te scripsi. valde enim exspecto tuas litteras. CICERO ATTICO, S.

QUOD tibi superioribus litteris promiseram, fore, ut opus extaret hujus peregrinationis, nihil iam magno opere confirmo. sic enim tum complexus otium, ut ab eo divelli non queam, itaque aut libris me delecto, quorum habeo Antii festivam copiam: aut siue numero nam ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneae. a scribendo proflus abhorret animus. etenim 10 ἡ σ ω γ γ ρ α φ ἰ κ ἄ, quae constitueram, magnum opus est; ita valde Eratosthenes, quem mihi propolueram, a Serapione, & ab Hipparcho reprehenditur. quid censes, si Tyrannio accesserit? & hercule sunt res difficiles ad explicandum, & 11 ὀ μ μ ε ἰ δ ε ἰ ς: nec tam possunt 12 ἀ ν θ ρ ῶ π ο γ γ ρ α φ ἰ κ ἄ, quam 13 videbatur: & quod caput est, mihi quavis satis iusta causa cessandi est. 14 quin etiam dubitem, 15 an hic, an Attii confidam, & hoc tempus omne consumam: ubi quidem 16 ego malle. Daum virum, quam Romae me fuisse. tu vero sapientior Buthroti domum parasti. sed, mihi crede, proxima est illi municipio haec Antiatium civitas. esse locum tam prope Romam, ubi multi sunt, qui Vatinius numquam viderint? ubi nemo sit, praeter me, 17 qui quemquam ex xx. viris vivum, est sacrum, velu? ubi me interpellat nemo, diligant omnes? hic nimirum 18 πολίδοξος, nam istuc non solum non licet, sed etiam tædet. itaque 19 ἀ ν ἰ κ ἄ δ ο ς, quae tibi uni legamus Theopompino genere, augetiam asperiore multo, pangentur. neque aliud jam quicquam 20 πολίδοξος, nisi edisse improbos, & id ipsum nullo cum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi voluptate. Sed ut ad rem, scripti ad Quatitores urbanos de Quinii fratris negotio. vide, quid narrent; 21 ut quae spes sit denarii, an cistophoro Pompejano jaceamus. Praeterea de muro, 22 statue, quid faciendum sit. Aliud quid? etiam, quando te proficisci istinc putes, fac, ut sciam.

CICERO ATTICO, S.

DE geographia etiam atque etiam deliberabimus. 23 ORATIONES autem me duas postulas: quarum alteram 24 non libebat mihi scribere; 25 quia abscideram; alteram, ne laudarem eum, quem non amabam, sed id quoque vide-

- 1. Αιδιομογη.) Vereor Trojanos & Trojanas longa popla habentes.
- 2. Πελυδάμας.) Polydamas primus mihi probrum obicit.
- 3. Cato ille noster.) Videt. ante haec verba versum Homeri rescriuit.
- 4. ἰ λ η ἰ χ ρ ε ἴ λ ο ἠ α θ ἰ ο ς quom in antiquis codicibus reperit.
- 4. Estiam est in non accipiendus.) Vulg. etiam hercule est.
- 5. Equi Consules parentur.) Junius ex miss. Palat. & qui Coss. parentur, rescribendum duxit.
- 6. Vide securitatem meam.) Bos. ex Decurt. Mur. vide securitatem meam; quod probat Lamb. qui in codice Tornz. videt securitatem meam, legit aut vulg. videt securitatem meam.
- 7. In animo est, vellem.) In vulg. ante, vellem, ponitur particula sic.
- 8. De Quinio.) Codex Tornz. & Crusell. de Turo, sed vulgatum decurat. retinet.
- 9. Ἐπὶ χολῆς.) In otio.
- 10. Γεωγραφικῆ.) Commentarium de terrae descriptione.
- 11. Ὀμμειδῆς.) Eiusdem generis & formae.
- 12. Ἀνθροπογραφικῆ.) Floride scribi ornari.
- 13. Videtur.) Vulg. videtur.
- 14. Quia etiam dubitem.) Liber Longolii qui etiam dubitem, ut &

- Man placuisse, video.
- 15. An hic, an Antii.) Bos. ex Decurt. & Malsp. ex suis eodd.
- 16. Ego malle daum virum, quem Roma me fuisse.) Totus hic locus ita legitur in scidis, & ita etiam legit Pichæus, sed detracto, ut. II. Advers. c. 8. vulg. ego malle daum virum, quem Roma fuisse.
- 17. Qui quemquam ex xx. viris vivum, est sacrum, velu?) Hunc locum ita ex Decurt. restituit Bosius, quem laudat Junius: sed ex duobus mss. Pal. pro vivum, exponit vivum. Cavale. Videt. & Tornz. habent segium, pro sacrum. Bessar. vero segium vulg. editio, ex xxv. viris unum esse sacrum velu. Lamb. ex xx. viris vivum esse audierit. Turn. lib. xxx. c. 15. centat, vivum esse jam velu.
- 18. Πολίδοξος.) Reip. danda opera: versandum in rep.
- 19. Ἀνικῆδος, qua.) Qualia nondum edita. Vulg. ἀνικῆδος a nobis qua, &c.
- 20. Πολιτοδοξοι.) Reip. operam nava.
- 21. Equae spei sit.) Vulg. & qua.
- 22. Statue.) Vulg. statue.
- 23. Quatitores me duas postulas.) Vulg. & me duas postulas.
- 24. Non libebat mihi scribere.) Vulg. non libebat mihi scribere.
- 25. Quia abscideram, alteram, ne laudarem eum, &c.) Totum hunc locum ita legendum putat Vrinus, quare alteram non libebat mihi scribere, quia abscideram, alteram non libebat mihi scribere.

videbimus. denique aliquid extabit; ne tibi planè cessasse videamur. De Publio quæ ad me scribis, sanè mihi jucunda sunt: eaque etiam velim, omnibus vestigiis indagata, ad me afferas, cum venies; & interea scribas, si quid intelliges, aut suspicabere, & maxime delegatione quid sit acturus. equidem ante, quam tuas legi litteras, & in hominem ire cupiebam; non mehercule, ut differem cum eo vadimonium; (nam mira sunt alacritate ad litigandum) sed videbarur mihi, si quid esset in eo *populare*, quod plebejus factus esset, id amissurus. 2. quid enim ad plebem transisti? ut Tigranem ires salutatum? narra mihi, reges Armenii patricos salutare non solent? quid queris? acuetam me ad exagitandam hanc ejus legationem. quam si ille contemnit, & si, ut scribis, bilem id commovet & laboribus, & auspibus legis curiatae, spectaculum egregium. Hercule, verum ut loquamur, subcontumeliose tractatur noster Publius. primum, qui cum in domo Caesaris quondam unus vir fuerit, nunc ne in viginti quidè esse poterit: deinde, alia legatio dicta erat, alia data est; 3. illa optima ad exigendas pecunias Druso, ut opinor, Pisaurensi, an Epuloni Vatiniò reservatur: hæc jejuna, ac 4. bella relegatio datur ei, cujus tribunatus ad istorum tempora relevatur. incende hominem, amabote, 5. quoad pot' est. una spes est salutis, istorum inter istos *dissensio*; cujus ego quædam initia sensi ex Curione. jam verò Antius consulatum sibi ereptum fremit, 6. Megabochas & hæc sanguinaria juvenus inimicissima est. accedat verò, accedat etiam ista rixa Auguratus. spero me præclaras de istis rebus epistolas ad te sæpe missurum. Sed, illud quid sit, scire cupio, quod jaces obscure, jam etiam ex ipsis. 7. Quinqueviris loqui quosdam, quidnam id est? si est enim aliquid, plus est boni, quam putaram. atque hæc, sic velim existimes, non me abs te 8. *κῆν τὸ ἀγαθὸν* quærite: quòd gestiat animus aliquid agere in repub. jam pridem gubernare me tædebat, etiam cum licebat. nunc verò cum cogar exire de navi, non abjectis, 9. sed receptis gubernaculis; cupio istorum naufragia ex terra inveniri, cupio, ut ait tuus amicus Sophocles, 10. *κῆν τὸ ἀγαθὸν*

*Ποικίλῃ ἀνάβηψιν ἀδύσῃ φέρει.*  
De muro, quid opus sit, videbis. Castricianum mendum nos corrigemus: & tamen ad me Quintus 11. *οἱ οὐκ οὐκ* scripserat, 12. nunc ad foriorem tuam h. s. xxx. Terentia tibi salutem dicit, Cicero tibi mandat, ut Aristodemum idem de se respondeas, quod de fratre suo, fororis tux filio, respondiisti. De Amalthea quod me admones, non negligemas. Cura, ut valeas.

CICERO ATTICO, S.

13. **E**PISTOLAM cum à te avide expectarem ad vesperum, ut soleo; ecce tibi nuntius, pueros venisse Roma, voco, quæro, ecquid litterarum? negant. quid ais, inquam, nihil te à Pomponio? perterriti vos & vultu, confessi sunt se accepisse, sed excidisse in via. quid queris? permoleste tuli. nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua te utili & suavi venerat. nunc si quid in ea epist. quam ante diem XVI. KAL. Mai. dediisti, fuit historia dignum, scribe quamprimum, ne ignoremus: sin nihil præter jocationem, redde id ipsum. & scito Curionem adolescentem venisse ad me salutatum. valde ejus sermo de Publio cum tuis litteris congruebat. ipse vero mirandum in modum *reges odisse superbo*. peræque narrabat incensam esse juventutem, neque ferre hæc posse. bene habemus nos, si in his spes est, opinor. aliud agamus. Ego me de historiæ. quamquam, licet me Saursejum putes esse, nihil me est incertius. Sed cognosce itinera nostra; ut istas, ubi nos visurus sis. In Formianum volumus venire Partibus: inde. (quoniam putas prætermittendum nobis esse hoc tempore. 14. Cræta illum delicatum) KAL. Mai. de Formiano proficiscemur, ut Antistimus A. D. v. Non. Mai. Iudi enim Antii futuri sunt 15. à IV. ad prid. Non. Mai. eos Tullia spectare vult. inde cogito in Tusculanum deinde Arpinum, Romam A. D. KAL. Jun. Te aut in Formiano, aut Antii, aut in Tusculano, cura, ut videamus. Epistolam superiorem restitue nobis, & appinge aliquid novi.

CICERO ATTICO, S.

16. **S**V. B. E. Cum mihi dixisset Cæcilius Quæstor puerum se Romam mittere, hæc scripsi raptim, ut tuos elicerem mirificos cum Publio dialogos, cum eos de quibus scribis; tum illum, 17. quem abdis, & ais, longum esse, quæ ad ea responderis; perscribere; illum verò, qui nondum habitus est, quem illa 18. *βοῶπις*, cum è Solonio rediecit, ad te est relatura. sic velim putes, nihil hoc posse mihi esse jucundius. si verò, quæ de me facta sunt, ea non servantur; in caelo sum: ut sciat hic noster *Hærodotianus*, traductor ad plebem, quam bonam meis 19. putissimis orationibus gratiam retulerit; quarum expecta divinam 20. *παλιωδῶν*, etenim, quantum conjectura auguramur, si erit nebulo iste cum his dynastis in gratia, non modo de Cynico consulari, sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se jactare. non enim poterimus ulla esse 21. in *invidia*, spoliati

1. In hominem ire.) is absit à vulgatis & absesse debere contendit Manutius.  
2. Quid enim ad plebem transisti? ut Tigranem, &c.) Ita multò elegantius distinctum quam vulgo, quid enim? ad plebem transivisti, &c.  
3. Illa optima ad exigendas pecunias Drusorum opinor, Pisaurensis, an Epuloni Vatiniò.) Hæc est scriptura Decurati, Tornæi & Cruselli, & ita olim corrigendum esse puta vit Man. Fabr. verò ita legebat & interpungebat: Illa optima ad exigendas pecunias Drusorum opinor: Pisaurensis, an Epuloni Vatiniò reservatur. Pisaurensis etiam legebat Malasp. Nonnullos è Mem. codd. habere testatur Lamb. Pisaurensis, an Epuloni, Besar. Cavaleantius, & Vict. libri, Pisaurensis, an Epuloni. ubi pro, an Epuloni, reponunt, an Nebuloni. vulg. Pisaurensis, an Epuloni. Turneb. lib. xxx. c. 13. emendat, Druso ut opinor, Pisaurensis à Nebulone Vatiniò reservatur.  
4. Bella relegatio.) In libro Besar. antiquo tribus verbis distinctè scriptum est, jejuna tabella relegatio.  
5. Quod pot' est.) Scidarum hæc est & veterum librorum lectio. probant Velius, Bos. & Iun. For. & Crusell. habent quoad potest.  
6. Megabochus.) Megabochus missi, Palat. consentientibus legit Iun. unus tamen habet Megabochus.  
7. Quinqueviris.) Putat Man. pro, quinque, reponendum xx.  
8. Κῆν τὸ.) Ut agendi ratio constet.  
9. Sed receptis.) Ita auctoribus melioribus libris rescriptis Vict. vulg. scriptis, quod retinet non priorem tamen scripturam damnare nequit.  
10. Κῆν τὸ ἀγαθὸν.) Et ubique sub testo confertim habentem audire pluviam sopite & quieto animo. Locum hunc cum ante depra-

vaticinim legeretur restituit Victor. Cæterum & ille, & vulgus, legit ἀκὸ (αὐτὸν ἀκὸν).  
11. οἱ οὐκ οὐκ.) Corruptus est locus, ut opinatur Man. qui mallet, si per antiquos liberos legeret οἱ οὐκ οὐκ, ultimam tamen membrum prior numerus absit à vulg. Prioris numerus ex mss. suis restituit se ait Vict. ut & infra h. s. xxx. pro lss. xxx. c. 13. ut habetur in vulg.  
12. Nunc ad forem.) Conjectura hæc est à Malasp. quam confirmat Decurt. Vrlin. etiam ait quosdam in mss. suis ita reperisse vulg. non ad forem.  
13. Epistola.) Epistola hæc in Lamb. editione nona est; Octava verò illa cujus principium, Negent isti, &c.  
14. Cræta illum delicatum.) Ita omnes mss. quibus in vitis olim reposuerat Lamb. sicuti missi postea hoc improbo, delectatum retinuit.  
15. A IV. ad prid.) Ita Man. ex conjectura Bos. ex Decurt. vulg. à III. Kal. ad prid. &c.  
16. S. V. B. E.] Hæc & Mur. & Bos. emendatio est, cum vulg. legeretur, salutis.  
17. Quæ abdis.) Vulg. addit.  
18. Βοῶπις.) Bubulis oculis prædita: Junonis epitheton Homericum.  
19. Putissimis orationibus.] Vulg. putissimis.  
20. Παλιωδῶν.) Cantum contrarium, retractionem.  
21. Invidia.] Absit à vulg. præpositio, in, quam ex sciditis recitavit Boiæus.

Epistolati opibus, & illa senatoria potentia. sin autem ab his dissentiet; erit absurdum in nos invehi. verumtamen invehatur. felixve, mihi crede, & minore sonitu, quam putaram, orbi hic in republ. est conversus: a citius omnino, quam potuit; id culpa Catonis, sed rursus improbitate istorum, qui auspicia, qui Aeliam legem, qui Juniam, & Liciniam, 2 qui Caeliam, & Didiam neglexerant; qui omnia remedia reipub. effuderunt; qui regna, qui praedia tetrarchis, qui immaneis pecuniis paucis dederunt. video jam quo invidia transeat, & ubi sit habitatura. nihil me existimaris, neque usu, neque a Theophrasto didicisse, nisi brevi tempore, desiderari vestra ista tempora, videris. etenim si fuit invidiosa senatus potentia; cum ea non ad populum, sed ad tris homines immoderatos redacta sit, quidnam censes fore? proinde illi licet faciant, quos volent, consules, trib. pl. deniq; etiam Vatini stirumam sacerdotii; & Διοφω. vestiant; videbis brevi tempore magnos non modo eos, qui nihil titubant, sed etiam illum ipsum, qui peccavit, Catonem. nam nos quidem, si peritium tuum sodalem Publium licebit, 4 σοφιστήν cogitamus: 5 si ille cogit 6 άντις, tum duntaxat nos defendere; & quod est proprium artis hujus, επιυγίλλομαι

Ανδρ' επιυμνείαχ, 7 έπι τις πρότερο χαλεπήνη. Patria propria sit: habet a nobis, etiam si non plus, quam debitum est, plus certe, quam postulatam est. malvehi malo alio gubernante, quam tam ingratis vectoribus, bene gubernate. Sed haec coram commodius, nunc audi, quod quaeris. Antium me ex Formiano recipere cogito A. D. v. Non. Mai. Antio volo Non. Mai. proficisci in Tusculanum, sed cum a Formiano rediero (sibi esse usque ad prid. Kalend. Mai. volo.) faciam statim te certiore, Tezentia tibi salutem. 9 Κικέρων ο μικρός άπάρχε) Τις Αθηναίος.

CICERO ATTICO, 5.

Volo ames meam constantiam, ludos Antispectare non placet. 10 ασπιδόληθον, cum velim vitare omnium deliciarum sup. aiam, repente 11 άναφαινεαχ non solum delicat, sed etiam inepte peregrinantem. quae usque ad Non. Mai. te in Formiano expectabo. nunc fac, ut sciam, quo die te visuri simus. Ab Appii Foro, hora quarta, dederam aliam paulo 12 ante Tribus tabernis.

CICERO ATTICO, 5.

Narro tibi, plane relegatus mihi videor, postea quam in Formiano sum: dies enim nullus erat, Antium cum

essem, quo die non melius scirem, Romae quid ageretur, quam si qui erant Romae. etenim litterae tuae, non solum quid Romae, sed etiam quid in rep. neque solum quid fieret, verum etiam quid futurum esset, indicabant. nunc, nisi si quid 13 ex praetereunte viatore exceptum est, scire nihil possumus, quae quamquam jam te ipsum expecto, tamen isti puero, quem ad me statim jussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam, plenam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum: ac diem quo Roma sis exiturus, cura ut sciam. Nos in Formiano esse volumus usque ad prid. Nonas Maj. eo si ante eam diem non veneris, Romae te fortasse videbo. nam Arpinum quid ego te invitem?

14 Τηχέι, άλλ' άγαθή κρησθήσθ, επιυγίωχε Ης γαίης διύαμαχ γλυκερώτερον άδο ιδίαχ. Haec igitur. Cura ut valeas.

CICERO ATTICO, 5.

NEGENT illi 16 Publium plebejum factum esse. hoc vero regnum est, & ferri nullo pacto potest. emittat ad me Publius, qui obsequat; jurabo, Cnorum nostrum, collegam Balbi, Antii 17 mihi narasse, se in auspicio fuisse. o suaves epistolae tuas, uno tempore mihi datas, duae quibus 18 δυαγγίλιω quae reddam, nescio: deberi quidem plane fateor. sed vide 19 συκίνησθ. Emiseram commodo 20 ex Antiat in Appiam ad Tuis tabernas, ipse 21 Cerialibus, cum in me incurrit, Roma veniens Curius meus ibidem illico puer abs te cum epistolis. ille ex me, nihil ne audissem novi: ego negare, Publius, inquit, tribunatum pleb. petit, quid ais? & inimicissimus quidem Caesaris, & ut omnia, inquit, ista rescindat, quid Caesar? inquam, negat, se quicquam de illius adoptione tulisse, deinde suum, Memmii, Metelli Nepotis exprimit odium. Complexus juvenem dimisi, properans ad epistolas 22 tibi sunt, qui ajunt, 23 ζώσης φωνής? quanto magis vidi ex tuis litteris, quam ex illius sermone, quid ageretur? de ruminacione quotidiana, de cogitatione Publii, de lituis 24 βοάπιδο, de signifero Athenione, de litteris missis ad Cnorum, de Theophranis, Memmii, que sermone, quantam potro mihi expectationem dedisti 25 convivii istius άσπιδόληθ? sum in curiositate, 26 οζύωσει? sed tamen facile patior te id ad me συμποσιον non scribere; presentem audire malo. Quod me, ut scribam aliquid, hortaris. crescit mihi quidem materies, ut dicis: sed tota res etiam nunc fluctuat;

H h h

I. Κατ'

1. Citius potius quam potuit. Oratoris pro praetore placebat Urino & ita postea se v. disse scripserunt, in libro Longoli, testatur. 2. Qui Caeliam. Ita emendavit Man. vulg. Caeliam. 3. Διοφω. Bis madefacta purpura. 4. Σοφιστήν. Rei oratoris operam daret; causas tractare. 5. Si ille cogit άντις, tum duntaxat. Conjectura haec est Bos ex corrupta Dec. lectione, in qua legitur, cogit contra tuum vulg. si ille cogit, tantum Mau. etiam vulg. tam probet, posse tamen ita corrigi existimat; si ille cogit, tunc duntaxat. 6. άντις. Supplendum εστιν αυτ' ελθειν contra stare, contra progredi. 7. Οτι τις πρότερο χαλεπήνη. Denuntio meam virum ultimum, quicumque prior molestus mihi fuerit. Leve mendum, mendum tamen: sic levat Dauiqueus πρότερον. 8. In Tusculanum sed tua. Vt legendum putabat, sed cum in Tusculano in Formiano redieris, ubi esse v. lo neque ad prid. Kal. Jun. faciam, etc. 9. Κικέρων. Cicero parvulus salutat Titum Atheniensem. 10. Υπεσθλοικχι. Subasforum. 11. Απαφαινεαχ. Apparete, in publicam prodire. 12. Ante tribus Tabernas. Vulg. ante a Tribus Tabernis Jun. verò ex mss. Pol. ante Tribus Tabernas. 13. Ex praetereunte viatore. Sic habent codd. Memm. & item Torn. & Hualt. plerique vulg. ex praetereunte. 14. Τηχέι άλλ' άγαθή κρησθήσθ, επιυγίωχε. Haec bona puero, sed bona puero, autrix: nequaquam

ego hac terra possum quidquam dulcius alpicere. 15. Narrat illi. Epistola haec est octava in Lat. editione. 16. Publium plebejum. Ita codd. Torn. & Crn. aperta scriptura; qui etiam paulo post habent, hoc vero regnum est, ferri nullo modo potest, non ut Vich. negat illi Publium trib. pl. factum esse. Haec vero regnum est, ferri nullo pacto potest: vel ut vulg. hoc vero regnum est, ferri nullo pacto potest. 17. Διότι υπήσθη. Ita ex mss. Pall. hinc ait tollendum Te. se. 18. Ευαγγίλιω. Bonos lictosque nuncios. 19. Συκίνησθ. Casum. 20. Ex Antiat. Bos. ex mss. vulg. ex Antio. 21. Cerialibus. Vulg. temper Cerialibus. 22. Ubi sunt qui ajunt ζώσης φωνής. Sic mss. Pall. ut & Lamk. Plausit, vulg. versum ita supplent μείζω έίρησιν ειναί. 23. Ζώσης φωνής. Integer hic locus ita concipiendus. Ζώσης φωνής μείζων έίρησιν ειναί, ή άφώνων δόξα σφάλως. Vt a dicitur major est via et efficacia quam multam dolostram. 24. Βοάπιδο. Babeli: oculis praeditae: Ion. epitheton Homeri. 25. Convivii istius άσπιδόληθ. Tascivi, delicat. Ita Vich. ex suo cod. ut & Germani in margine adnotarant, antea άσπιδόληθ, legebatur. 26. Οζύωσει. Famelicus avidus etibus avidus, ut fame percitus. I. Κατ'

Ἰ κατ' ὁπωρην τεθεῖ: quæ 2 si decesserit, magis erunt judicata, quæ scribatur: quæ si statim à me ferre non potueris, primus habebistamen, & aliquandiu solus. Dicæarchum scētē amas. Iuulentus homo est, & civis haud paullo melior, quàm isti nostri 3 ἀδικαίωτοι. Litteras scripsi hora decima Cerialibus, statim, ut tuas legeram: sed eas eram daturus, ut putaram, postridie ei, 4 qui mihi primus obviam venisset. 5 Terentia delectata est tuis litteris; & impetit 6 tibi multam salutem: 7 καὶ Κικέρων ἐ φιλοσόφῳ τὸ πολὺν ἢ Τίτον ἀσπάζεσθαι.

CICERO ATTICO, S.

3 F ACINUS indignum: epistolam, 8 ἀδωρεῖ tibi à Τίτῳ has tabernis rescriptam ad tuas suavissimas epistolas, neminem reddidisse? at scito, eum fasciculum, quò illam conjeceram, domum eo ipso die latum esse, quo ego dederam, & ad me in Formianum relatum esse. itaque tibi tuam epistolam iussi referri; ex qua intelligeres, quàm mihi tum illæ gratæ fuissent. Romæ quòd scribis sileri, ita putabam. at hercule in agris non siletur: nec jam ipsi agri regnum vestrum ferre possunt. 9 si verò in hanc 10 τηλέπυλον veneris λαίφυρονίλου, (Formias dico) qui fremitus hominum? quàm irati animi? quanto in odio noster amicus magnus? cuius cognomen una cum Crassi Divitiis cognomine consensit. credas mihi velim; neminem adhuc offendi, qui hæc tam lentè, quàm ego fero, ferret. quare mihi crede, φιλοσοφώμεν, iuratus tibi posse dicere, nihil esse iam. Tu si litteras ad Sicyonios habes, advola in Formianum: unde nos pr. Non, Mai. cogitamus.

CICERO ATTICO, S.

4 Q UANTAM tu mihi moves expectationem de sermone Bibuli? quantum de colloquio βόωπιδο? quantam etiam de illo delicato convivio? proinde ita fac venias, 11 ac ad sitientis aures, quamquam nihil est jam, quod magis timendum nobis putem, quàm ne ille noster Samplicet. cum se omnium sermonib. sentiet vapulare, & cum has actiones 12 ἐν ἀσπείρισι videbit, ruc:e incipiat. ego autem usque eo sua enervatus, ut hoc otio, quo nunc tabescimus, malim 13 ἐντυραννείῳ, quàm cum optima spe dimicare. De pangendo quod me crebro adhortaris, fieri nihil potest. basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. 14 at quam parem Basilicæ tribum Æmiliam? sed, omitto vulgus, post horam 1 v. mo

lesti ceteri non sunt. C. Arrius proximus est vicinias immo ille quidem jam contubernalis; qui etiam se idcirco Romam ire negat, ut hic mecum totos dies philosophetur. ecce ex altera parte 15 Sebofus, ille Catulli familiaris. quò me vertam? statim mihercule Arpinum irenti te in Formiano commodissimè expectari viderem, duntaxat ad prid. Non, Mai. vide enim quibus hominibus aures sint delicatæ meæ. occasionei iurificam, si qui nunc, dum hi apud me sunt, emere de me fundum Formianum velit. 16 & tamen illud problem? MAGNUM QUID 17 AGGREDIAMUR, ET MULTAE COGITATIONIS, ATQUE OTII. sed tamen satisfiet à nobis, neque parceretur labori.

CICERO ATTICO S.

V T scribis, ita video, non minus incerta in repub. quàm in epistola tua: sed tamen ista ipsa me varietas sermonum, opinionumque delectat. Romæ enim videor esse, cum tuas litteras lego, & ut sit in tantis rebus, modò hoc, modò illud audire, illud tamen explicare non possum, 18 quidnam invenire possit, nullo recusante, ad facultatem agrariam. Bibuli autem ista magnitudo animi in comitorum dilatione, quid habet, nisi ipsius iudicium 19 sine ulla correctione respub. ? nimirum in Publico spes est: fiat Tribunus plebis; si nihil aliud, ut eo citius tu ex Epiro revertare. nam, ut illo tu careas, non video posse fieri; præsertim si mecum aliquid volet disputare, sed id quidem non dubium est, quin, si quid erit ejusmodi, sis advolaturus, verum ut hoc non sit; 20 tamen scæruet, seu eriget rempub. præclarum spectaculum mihi propono, modo te confessore spectare liceat. Cum hæc maxime scriberem, ecce tibi Movos. nondum planè ingemueram; salve, inquit Arrius. hoc est Roma decedere? quos ego homines effugi, cum in hos incidi? ego verò 21 in montis patrios, & ad incunabula nostra pergam, denique si solus non potuero, cum rusticis potius, quàm cum his perurbanis: ita tamen, ut, quoniam tu certi nihil scribis, in Formiano 22 tibi præstoler usque ad 11. Non, Mai. Terentia pergrata est assiduitas tua, & diligentia in controversia Mulviana, nescit omnino, te communem causam defendere eorum, qui agros publicos possideant, sed tamen tu aliquid 23 Publicanus pendis; hæc etiam id recusat. ea tibi iugur, & 24 Κικέρων, ἀσπάζεσθαι, salutem dicunt.

CICERO

- 1. Κατ' ὁπωρην τεθεῖ.) Per autumnum sex. Bofii est, cui vulgata lectio κατ' ὁπωρην τεταγῆς, semper suspecta fuit. ita coniecte legendam ex hac Crusell. scriptura κατ' ὁπωρην τεθεῖ.
- 2. Decesserit.) Seb. Corradus, monet in quibusdam libris leg. decesserit.
- 3. Ἀδικαίωτοι.) Injusti magistratus.
- 4. Qui primus obviam venisset.) Coud. Memm. habent teste Lamb. qui mihi primus obviam venisset. quòd cum in suis quatuor invenierit, item Malaf. revocandum putabat Gul. atque enim dici posse obviam atque ecesserit.
- 5. Terentia delectata est.) Ita rescriptit Vict. ex sua cod. prius erat, εὐφραδία est, qua voce offensus Germani, afflicta est, emendatant.
- 6. Multam salutem.) Vulg. salutem ac multam salutem.
- 7. Καὶ Κικέρων.) Et Cicero Philosophus Titum reip. deditum salutem.
- 8. Ἀδωρεῖ.) Illa ipsa horà.
- 9. si verò in hanc τηλέπυλον νεπερὴν λαίφυρονίλου, Formias dico.) Hæc duo postrema verba abesse ab uno mss. testatur Vrsinus; & fortasse addita sunt ἀδικαίωτοι, ad declaranda Græca verba, quæ præcedunt. Iam hic Vrsino assentitur & duo illa verba delenda censet.
- 10. Τηλέπυλον.) Magnam urbem Lætrigoniam.
- 11. Ac ad sitientis aures.) Reduxit Bof. in pristinam sedem particulam, quæ diu hinc exularat. Vbaldin. & Man. legebat, ut ad sitientis aures.
- 12. Ἐν ἀσπείρισι.) Quæ facile possunt everti.
- 13. Ἐντυραννείῳ.) Sub Tyranno esse.

- 14. At quam parem basilicæ tribum Æmiliam? sed, etc.) Ita ex veteribus libris Bofius. quod probat ex mss. Pall. Iam. deleta tamen particula, sed: vulg. ex utraque Basilicæ? Tribum Æmiliam. Lamb. etiam ait plerosque mss. habere, ac quam parvam basilicæ?
- 15. Sebofus ille Catulli.) Aliter vulgò distinguitur, nempe, sebofus ille, Catulli etc.
- 16. Et tamen illud problem? Est eod. Torn. & ita etiam Corradus & Lamb. totum hunc locum & legum & distinguunt. Petrus Faber coniebat: et tamen illud problem. Man. existimabat planius fore si legeretur, proò & maxime aggrediamur. Faëri. mutat hæc problem. in prope, quòd etiam mss. doctissimi viri emendatum esse testatur Vrsin.
- 17. Aggrediamur.) Aggrediamur legebat Faërius.
- 18. Quidnam invenire possit.) Vulg. inveniri.
- 19. Sine ulla correctione resp.?) Iam. ex mss. Pall. sine ulla correctione resp.?
- 20. Tamen servatus seu eriget temp.) Hæc est Bof. conjectura. mss. omnes corrupti. Torn. habet, servat. seu. ger. temp. Crusell. servat. servat temp. Decurt. seu tuisset uterqueq. Bessarionis 1. heret. amem servat temp. quæ & vulgata est lectio, quia nihil sincerus, iudicio Lamb. Iam. coniecit tamē si rursus temp. servat. temp. Faëri. ex mss. servat. res publica. Victor. edidit, servat. temp.
- 21. In montes patrios & ad incunabula nostra.) Quilibet heic agnoscit versum longum, & Eunianum putabat Gul.
- 22. Tibi præstoler.) Vict. auctoritatem sui codicis secutus ita rescript. antea legebat, res præstoler.
- 23. Publicanus.) Rescrit. Bof. ex suis, quorum pars publicanus, pars. publicanus habet. vulg. publicanus; Vict. etiam ait, se in omnibus mss. quos viderit, legisse publicanus, quòd & Germani adnotarunt.
- 24. Κικέρων.) Cicero, status optimatum studiosissimus puer.

I. P. mmm



CICERO ATTICO, S.

16 CENAYO mihi, & jam dormitanti, prid. Kal. Maj. epi- stola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis. quid queris? primum ita me pupugit, ut somnum mihi ad emerit, sed id cogitatione magis, quam molestia. cogitanti autem hæc ferè succurrebant. primum ex eo, quod superioribus litteris scripseras, ex familiari te illius audisse; prolatum iri aliquid, quod nemo improbaret; majus aliquid timueram: hoc mihi ejusmodi non videbatur. deinde, ut me ego consolens, omnis expectatio largitionis agraria in agrum Campanum videtur esse derivata: qui ager, ut dena jugera sint, non amplius hominum quinque millia potest sustinere. reliqua omnis multitudo ab illis abalienatur, necesse est. præterea, si ulla res est, qua bonorum animos, quos jam video esse commotos, vehementius possit incendere, hæc certe est, & eo magis, quod portorii Italix sublati, agro Campano diviso, quod vestigal superest domesticum, præter vicissimam? quæ mihi videtur una concinacula, clamore pedissequorum nostrorum, esse peritura. Cuius quidem nos jam plane quid cogiter, nescio.

2. Ουσά γδ ε σπιρατοιτι αυλιβοις ε πι, αυδ αχρηαις φουσαι (φουβειαις α περ:

qui quidem etiam 3 istuc adduci potuerit. nam adhuc hoc est φιζερο, 4 se leges Cæsaris probare; actiones ipsum præstare debere: agrariam legem sibi placuisse: potuerit intercedi, nec ne, nihî ad se pertinere: de rege Alexandrino placuisse sibi aliquando confici; Bibulus de cælo tum servasset, nec ne, sibi querendum non fuisse: de Publicanis, voluisse illi ordini commodare; 5 quid quid futurum fuerit, si Bibulus tum in forum descendisset, se divinare non potuisse. nunc verò Sampscierame quid dices? vestigal te nobis in monte Antilibano constituisse, agri campani abtulisse? quid, hoc quemadmodum obtinebis? oppressos vos, inquit, tenebo exercitu Cæsaris. non me hercule me tu quidem tam isto exercitu, quam ingratas animis eorum hominum, qui appellantur boni, qui mihi non modò præmiorum, sed ne sermorum quidem umquam fructum ulla, aut gratiam retulerunt. quòd si in eam me pattem inclitarem, profectò jam aliquam reperirem resistendi viam. nunc profus hoc statui, ut quoniam tanta controversia est Dicarcho, familiari tuo, cum Theophrasto, amico meo, ut ille tuus 6 τ πρ ακ κνη βιοι longe omnibus anteponat, hic autem 7 τ ηερ ηη κνη, utrique à me mos gestus esse videatur. puto enim me Dicarcho assatum satisfecisse: respicio nunc ad hanc familiam, quæ mihi non modò, ut requiescam, permittit; sed reprehendit, quia non semper quietam. quare incumbamus ò nosser Tite, ad illa præclara studia, & eò, unde discedere

non oportuit, aliquando revertamur. Quod de Quin- ti fratris epistola scribis, ad me quoque fuit ε σπεδτι λιω, οπιδε γ: quid dicam nescio. nam ita deploratim vestibus mansionem suam, ut quemvis movere possit: ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendem, & e- dam. illud tamen, quod scribit, animadvertis velim, de portorio circumvectionis; ait, se de consilii sententia rem ad senatum rejecisse. nondum videlicet meas litteras legerat; quibus ad eum, te consulta, & explorata, perscripseram, non deberi. velim, si qui Græci jam Romam ex Asia de ea causa venerunt, videas, & si tibi videbitur, his demonstras, quid ego de ea te sentiam. si possum discedere, ne causa optima in senatu pereat, ego satisfaciam Publicanis; ες γ μη, (verè tecum loquar) in hac re malo universæ Asiæ, & negotiatoribus. nam eorum quoque vehementer interest, hoc ego sentio valde nobis opus esse, sed tu id videbis. Quætores autem, quæso, num etiam de cistophoro dubitant? nam si aliud nihil erit; cum erimus omnia experti, 9 ego illud ne quidem contemnam, quod extremum est. Te in Arpinati videbimus, & hospitio agresti accipiemus; quoniam maritimura hoc contemisti.

CICERO ATTICO, S.

P R O X S U S, ut scribis, ita sentio. 10 turbat vi Sampscie- ramus. nihil est, quod non timendum sit. 11. ορη- 17 λογερδρωσ τυρηγιδε σουσδιδε. quid enim ista repentina affinitatù conjunctio, quid ager Campanus, quid effusio pecunia significant? quæ si essent extrema, tamen esset nimium mali; sed ea natura rei est, ut hæc extrema esse non possint. quid enim eos hæc ipsa per se delectare possunt? numquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus 12 sibi compararent. verum, ut scribis, hæc in Arpinatè A. D. vi. circiter Id. Mai. 13 non desebimus, ne & opera, & oleum philologia nostræ perierit: sed 14 conferemus tranquillo 15 animo. dii immortales! nequè tam me 16 ου ελπιτια consolatur, ut antea, quàm 17 α Δη φοβια; qua nulla in re tam utor, quàm in hac civili, & publica, quin etiam, quod est subinane in nobis, & non 18 α φιλεδδζον, (BELLUM est enim tua vitia nosse) 19 afficitur quadam delectatione; solebat enim me pungere, ne Sampscieramî merita in patriam ad annos 20 & majora viderentur, quàm nostra. hæc quidem cura certe 20 jam vacuum est. jacet enim ille sic, ut 21 πιδωσις Curiana stare videatur. Sed hæc coram. Tu tamen videris mihi Romæ fore ad nostrum adventum. quod sanè facillè patiar, si tuo commodo fieri possit. sin, ut scribis, ita venies, velim è 22 A Theophrane explicere, quoniam in me animò sit 23 Alabarches. quæres

H h h 2 scilicet

1. Primum ita me pupugit.) Vulg. prima.  
2. Ουσά γδ.) Spirat enim non jam exilibus tibialis, sed immanibus sibilibus sine ligula.  
3. Ιπτε αυδικοι πρσπειρι.) Vnus è mss. Pal. ad id πρσπειρι, habet.  
4. Σε λεγεσ Cæsaris πρβαρε.) Ita Decur. & Torn. nisi quod videtur in Torn. scriptum esse; leges, quod fortassis in dicitur. Vult. ut eandem caraxec. si leges Cæsaris πρβαρε.  
5. Quod quid futurum fuerit.) Manutius mavult, quid futurum, &c.  
6. Τον πρ ακ κνη.) Vitam, quæ in rebus agendis versatur.  
7. Τον ηερ ηη κνη.) Qux in rerum contemplatione occupatur.  
8. Πρδδτι.) Homericus versus sic habet: Πρδδτι λιω, οπιδε δτε ολαγκωι, κισση δε ζειμασσε: Ante Letiæ, uterque draco, medio ipsa capella.  
9. Ego illud ut quidem.) P. Magnuli liber, ne illud quidem, teste Manut.  
10. Τα βασι.) Hæc est Bos emendatio, veteres libri turbatores, unde Jun. innotuit, m. avulcorabat, legere, quam vel Lamb. qui, turbas, legit, vel Bosio adentiri.  
11. Ο μηλοσβδωσ;) Procul dubio tyrannidem affectat.  
12. Στι comparati, verum.) Vulg. σι comparati. Pli immo videtur.

13. Non desebimus.) Vulg. non desicamus.  
14. Conferemus.) Ita Bos. ex m. vulg. conferamus.  
15. Animo. dii immortales.) Hæc duo postrema verba transposita sunt in vulg.  
16. Εελπιτια.) Bonâ spes.  
17. Α Δη φοβια.) In neutram partem inclinatio.  
18. Α φιλεδδζον.) Ambitione vacans.  
19. Afficitur quadam delectatione.) Vulg. id afficitur. Lamb. repofuit, id afficitur quadam delectatione, restatur etiam quosdam legere, bis afficitur delectati, quod illi non displicet.  
20. Jam vacuum est.) Bos. ex mss. suis, non, jam vacuum sum, ut vulg.  
21. Πιδωσις Curiana.) Ita emendat Bos. ex Decur. in quo legitur, plocis Curiana, sed hanc lectionem non vitiosam esse sed bonam sic Jun. vulg. phicia, Mal. & Lamb. totum locum sic edunt; jacet enim illa, hæc sic, ut fuerit Curiana, stare videatur.  
22. E Theophrate explicere.) Ita corrigit Vult. ex suo cod. qui habet; explicens vulg. rospicere.  
23. Alabarches.) Ita legendum esse pridem docuit, I. Cujacius, & ita habet Dec. Torn. Crucell. & Hugabonon et vulgo, Alabarches.

scilicet, ut soles 2 κενὸν τὸ κηδεμονικόν, & ad me ab eo quasi 3 ὑποθήκας adferes, quemadmodum megeram. aliquid ex ejus sermone poterimus 4 πρὸς τὸ ὄλονν suspicari.

CICERO ATTICO, 5.

Accipiat aliquot epistolas tuas: quibus intellexi, quam suspenso animo, & sollicito scire haberes, quid esset novi, tenemur undique: neque jam, quod minus seruiamus reculamus; sed mortem, & ejectionem, quasi majora. timemus: quæ multo sunt minor. atque hic status, qui una voce omnium gemitur, neque verbo cujusquam sublevaratur. σκοπὸς est, ut suspicor, illis qui tenent, nullam cuiquam largitionem relinquere. unus loquitur, & palam adversatur adolescens Curio. huic plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica, signa præterea benevolentia permulta à bonis impertiuntur: 5 Fusium clamoribus, & conviciis, & sibilis confectantur. his ex rebus non spes, sed dolor est major; cum videas civitatis voluntatem solutam, virtutem alligatam. ac ne forte quæras 6 κενὸν λέπτον 7 de singulis rebus, universa res eò est deducta, spes ut nulla sit, aliquando non modò privatos, verum etiam magistratus liberos fore. 8 hac tamen in oppressione sermo in circulis duntaxat, & conviviis est liberior, quam fuit. vincere incipit timorem dolor, sed ita; ut omnia sint plenissima desperationis. habet etiam Campana lex execrationem in coitione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur, atque ut ex legibus Julii. non dubitant jurare ceteri. Laterensis existimatur 9 cautè fecisse, quòd Tribunatum pl. petere destitit, ne juraret. Sed de rep. non hõet plura scribere. displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore. metueo; ut oppressis omnibus, non demissem; ut tantis rebus gestis, parum fortiter. à Cæsare valde liberaliter invidetur, in legationem illam sibi ut sim legatus: atque etiam libera legatio vobis causa datur. sed hæc & præsidii rō apud pudorem Pulchellinon habet satis, & à fratris adventu me ablegat: illa & munitior est, & non impedit, quòd minus adim: cum velim. hanc ego teneo, sed usurum me non puto. neque tamen scit quisquam. non lubet fugere: hæc pugnae. magna sunt hominum studia. sed nihil affirmo: tu hoc silebis. De Statio manumisso, & nonnullis aliis rebus, 11 angor quidem, sed jam prorsus occallui. tu, 12 vellem, egove cuperem, 13 adesses; nec mihi consilium, nec consolatio deesset. sed ita te para, ut, si in clamoro, advoles.

CICERO ATTICO, 5.

MULTA me sollicitant, & ex reip. tanto motu, & ex his periculis, quæ mihi ipsi intenduntur: & sexcenta sunt. sed mihi nihil est molestius, quàm Statium manumissum. 13 nec meum imperium? ac mitto imperium, non similitudinem meam reverteri saltem? nec, quid faciam, scio? neque tantum est in re, quantus est sermo. ego autem 14 ne irasci possim quidem his, quos valde amo: tantum doleo,

ac mirificè quidem. cetera in magnis rebus; minz Clodii contentionesque, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. etenim vel subire eas videor mihi summa cum dignitate, vel declinare nulla cum molestia posse. Dices fortasse dignitatis 15 ἄλλοις, tanquam δευδὸς: saluti, si me amas, consule. Me mihi, cur non ades? nihil te profectò præteriret: ego fortasse 16 τοφλώπιω, & nimium 17 τὰ κενὸν πρὸς ἀσπίδα, scito nihil umquam fuisse 18 tam infame, tam turpe, 19 tam peræque omnibus generibus, ordinibus, ætatibus offensum, quam hunc statum, qui nunc est: magis meherculè quàm vellem, non modò quam putarem. populares isti jam etiam modestos homines sibilare docuerunt. Bibulus in celo est: nec, quare, scio; sed ita laudatur, quasi Virtus homo nobis curando restituitur. Pompejus, nostri amores, qui mihi summo dolori est, ipse se afflixit, neminem tenet: voluntate, an metu necesse sit iis uti, vereor. Ego autem neque pugno cum illa causa propter illam amicitiam: neque approbo, ne omnia improbem, quæ antea gessi. 20 utor via. populi sensus maxime teatro, & spectaculis persectus est. nam gladiatoribus, qua dominus, qua advocati sibilis conciliis ludis Apollinariibus Diphilus tragicædus in nostrum Pompejum petulantèr invectus est: Nostra miseria tu es 21 Magnus, millies coactus est 22 dicere. Eandem virtutem sperant, veniet tempus, cum graviter games, totius theatri clamore dixit, itemque cetera. nam & ejusmodi sunt ii versus, ut in tempus ab inimico Pompeji scripti esse videantur. Si neque leges, neque mores cogunt, & cetera magno cum fremitu & clamore sunt dicta. Cæsar cum venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. huic ita plausum est, ut, salva repub. Pompejo plaudì solebat. tulit Cæsar graviter. litteræ Capuam ad Pompejum volare dicebantur. inimici erant Equitibus, qui Curioni stantes plauserant; hostes omnibus. Roscia legi, etiam frumentariæ minitabantur. laures erat perturbata. equidem malueram, quòd erat susceptum ab illis, silentio transire: sed vereor, ne non liceat, non ferunt homines, quod videtur esse tamen ferendum. sed est jam una vox omnium, magis odio firmata, quàm præsidio. Noster autem Publius mihi minitatur, inimicus est: impendet negotium ad quod tu scilicet advolabis. video mihi nostrum illum consularem exercitum bonorum omnium, etiam satis bonorum habere firmissimum. Pompejus significat studium erga me non mediocre. idem affirmat, verbum de me illum non esse facturum. in quo non me ille fallit, sed ipse fallitur. Consonio mortuo, sum in ejus locum invitatus. id erat vocari in locum mortui. nihil me turpius apud homines fuisset: neque verò, ad istam ipsam 23 ἀσφάλειαν, quiesquam alienius sunt enim illi apud bonos invidiosi: ego 24 pud improbos meam retinuissem invidiam: alienano assumissem, 24 Cæsar me sibi vult esse legatum. nonnetior hæc declinatio periculi: sed ego 25 hoc uno repudio. quid ergo est? pugnae malo: nihil tamen certi. iterum dico, utinam adesses.

sed

1. Scilicet, ut siles. Duo hæc verba, ut siles, ex Scidis, Torn. & Cruf. addidit Bosidem monuerat Lamb.  
2. Κενὸν τὸ.) Com accuratone & sedulitate.  
3. Ὑποθήκας.) Pignora.  
4. Πρὸς τὸ ὄλονν.) De summa rerum.  
5. Fusium.) Vulg. Fusum.  
6. Κενὸν λέπτον.) Minutatim.  
7. De singulis rebus.) Hoc videtur Man. esse glossema Græcorum verborum antecedentium.  
8. Hac tamen in.) Bos. ex suis codd. & ante eum Vrsin. vulg. attamen.  
9. Cautè fecisse.) Torn. & Dea. laurè: Cruf. cautè, quam scripturam expressit Bos quamquam alteram, leuè, non damnet vulg. restitit.  
10. Apud pudorem.) Ita Memm. Huralt. & Torn. vulg. furor.  
11. Angor quidem.) Vulg. equidem.  
12. Vellem, ego.) Vulg. velle ego, Cruf.  
13. Nec meum imperium?.) It. ita distinguit, nec imperium meum? ego mitto imperium meum? saltem? nec, quid faciam, scio.  
14. Ne irasci possim quidem his, quos valde amo: tantum doleo,

14. Ne irasci possim quidem.) Vulg. ne irasci quidem pignum.  
15. Ἄλλοις δευδὸς.) Sacis glandium.  
16. Τοφλώπιω.) Cæcurio.  
17. Τὰ κενὸν.) Erga honestum sum affectus.  
18. Tam infame.) Hæc duæ voces absunt à cod. Torn.  
19. Tam peræque.) Cod. Torn. habet peræqui. Mal. testatur in omnibus mss. quos consuluit, scriptum esse, tam æquique.  
20. Utor via populi sensus.) Ita ita distinguit, uter via populi sensus.  
21. Magnus.) Ita. ex quo ml. Pal. legit, nostra miseria tu magna est, miles, &c.  
22. Dicere, eandem.) Man. legit, & distinguit, dicere eadem, viderem.  
23. Ασφάλειαν.) Securitate, tutum præsidium adversus vitæ pericula.  
24. Cæsar me sibi vult.) Vulg. me sibi velle.  
25. Hoc uno repudio.) Ita Petrus Faber, Lamb. & Bos legunt, vulg. hoc uno repudio. Vrsin. libet hic repudio.

B. A. KNO.

sed tamen, si erit necesse, accessimus. Quid aliud? quid hoc opinor. certi sumus perisse omnia, quid enim *ἄλλα γὰρ* tam diu? sed hæc scripsi propterans, & mehercule timide. 2 posthac ad te, aut, si perfidelem habeo, cui dem, scribam planè omnia: aut, si obscure scribam, tu tamen intelliges. in iis epistolis me Lælium, te Furium faciam; cetera erunt 3 *ὡς ἂν ἤγχα*. Hic Cæciliam colimus, & observamus diligenter. Edicta Bibuli audio ad te missa, iis ardet dolore, & ira noster Pompejus.

CICERO ATTICO, S.

20 **A**NCATO, ut te velle intellexeram, nullo loco defui. Numestium ex litteris tuis, studiosè scriptis, libenter in amicitiam recepi. Cæciliam, quibus rebus possum, tueor diligenter. Varro satisfacit nobis. Pompejus amat nos, carosque habet. credis? inquit: credo: profusus mihi persuadet. sed quia, ut video, pragmatici homines omnibus historicis præceptis, verbis denique cavere jubent, & *vetans credens*: alterum facio, ut caveam; alterum, ut non credam, facere non possum. Clodius adhuc mihi denuntiat periculum; Pompejus affirmat, non esse periculum; adjurat; addit etiam, 4 se prius occisum iri ab eo, quam me violatum iri. tractatur res 3 simul & quid erit certi, scribam ad te. si erit pugnandum, accessam ad societatem laboris: si quies dabitur, ab Amalthea te non commovebo. De rebus, breviter ad te scribam. jam enim charta ipsa ne nos prodatur, pertimesco. itaque post hæc, si erunt mihi plura ad te scribenda, *ἄλλο γράψω* obsecrabo. Nunc quidem novo quodam morbo *evitatus* moritur; ut, cum omnes ea, quæ sunt acta, improbent, querantur, doleant, varietas in te nulla sit. aperteque loquantur, & jam clarè gemant; tamen medicina nulla afferatur. neque enim cessit sine internecione posse arbitramur: nec videmus qui finis cedendi, præter exitium, futurus sit. Bibulus, hominum admiratione & benivolentia, in cælo est. edicta ejus & conciones describunt & legunt. novo quodam genere in summam gloriam venit. populare nunc nihil tam est, quam *adversum popularium*: hæc quò sint erupitura, timeo, sed, si dilpicere quid cæpero, scribam ad te apertius, tu, si me amas tantum, quantum profecto amas; expedito facito, ut sis; si inclamaro, ut accurras. sed do operam & dabo, ne sit necesse. Quod scripseram, te Furium scripturam; nihil necesse est tuum nomen mutare. me faciam Lælium, & te Atticum; neque utat meo chirographo, neque signo; si modò erunt ejusmodi litteræ, quas in alienum incidere nonim. Diodorus mortuus est: reliquit nobis n. s. fortasse 6 centies. Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem xv. Kal. Novembri. distulit. A Vibio libros accepti. poeta ineptus; 7 sed tamen scit? nihil; sed est non inutilis. describo & remitto.

CICERO ATTICO, S.

21 **D**E republ. quid ego tibi subtiliter? tota perit: atque hoc est miserius, quam reliquisti, quod tum videbatur ejusmodi dominatio civitatem oppressisse quæ iucunda esset multitudini, bonis autem ita molesta, ut tamen si

ne periret, nunc repente tanto in odio est omnibus, ut quorsum erupitura sit, horreamus. nam iracundiam, atque intemperantiam illorum sumus experti, qui Catoni irati omnia perdidere. sed ita *lombus* uti videbantur *venenis*, ut posse videremus sine dolore interire. nunc verò libilis vulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italia ve-teor ne exarierint. equidem sperabam, ut sæpe etiam loqui tecum solebam, sic *orbem* reip. esse convertum, ut vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possemus; & fuisset ita, si homines transitum tempestatis expectare potuissent: sed cum diu occultè suspirassent, postea jam gemere, ad extremum verò loqui omnes, *clamare* cœperunt. itaque ille amicus noster, insolens infamiae, semper in laude versatus, circumfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quò se conferat nescit; progressum præcipitem, inconstantem reditum videt: bonos inimicos habet, improbos ipsos non amicos. ac vide mollietiam animi, non tenui lacrimas, cum illum ante 11x. Kal. Sext. vidi de edictis Bibuli concionantem, qui antea solitus esset iactare se magnificentissime illo in loco, summo cum amore populi cunctis faventibus. ut ille tum humilis, ut demissus erat? ut ipse etiam sibi, non iis solum, qui aderant, displicebat? o spectaculum uni Crasso jucundum, ceteris non item. nam, quia deciderat ex astris, & lapsus, quam progressus, potius videbatur: & ut Appelles, si Venerem, aut si Protogenes Ialium illum suum cæno oblitum videret, magnum, credo, acciperet dolorem: sic ego hunc, omnibus a me pictum & politum artis coloribus, subito deformatum, non sine magno dolore vidi. quamquam nemo putabat, propter Clodianum negotium, me illi amicum esse debere. tamen tantus fuit amor, ut *exhaustus* nulla posset injuria. itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita sunt jucunda, ut eum locum, ubi proponuntur, præ multitudinem eorum, qui legunt. 9: transire nequeant ipsi ita acerba, ut tabelleat dolore; mihi mehercule molesta, quòd & eum, quem semper dilexi, nimis excruciant; & timeo, tam vehemens vir, tamque acer in ferro, & tam insuetus contumelia, ne omni animi impetu dolerit, & iracundia pareat. Bibuli qui sit exitus futurus, nescio. ut nunc res se habet, admirabili gloria est. 10 quim cum comitia in mentem Octobr. distulisset; quòd solet esse res populi voluntatem offendere, putarat Cæsar orationibus posse impelli concionem, 11 ut iret ad Bibulum; multa cum seditionis diceret, vocem exprimere non potuit. quid queris? sentiunt, se nullam ullius partis voluntatem tenere: eo magis vis nobis est timenda. Clodius inimicus est nobis. Pompejus confirmat, eum nihil esse facturum contra me. mihi periculosum est credere: ad resistendum me paro. studia spero me summa habiturum omnium ordinum. te cum ego desidero, tum verò res ad tempus illud vocat. plurimum consilii, animi, præsidii denique, mihi, si te ad tempus videro, accesserit. Vestro mihi satisfacit, Pompejus loquitur divinitus, 12 spero nos aut certè cum summa gloria, aut 13 sine molestia etiam discessuros. Tu, quid agas, quemadmodum te oblectes, quid cum Sicyoniis egeris, ut sciam cura.

Hhh 3 CICERO

1. ἄλλα γὰρ. Invidi d'hemulamus.  
 2. Ἐ' ἄνυγχα. Obscurè dictis.  
 3. Posthac ad te, aut si. Non. ex mss. Pall. posthac ad te autem &.  
 4. se prius versum iri ab eo. Iun. vocem, iri, delor, dicitque mss. habere *irisa* iri, ex solucione littera m esse confectum.  
 5. Simol & quid. Ita enim legit Iun. ex mss. Pall. Man. conjicit, simul quid. Vulg. simul quid.  
 6. Conter. H' c mendum latitare credit Man. & ceterum, conjicit.  
 7. sed tamen scit? nihil? sed est? Bos. conjectura; Vulg. nec tamen scit? nihil? sed est? in quibusdam libris præsertim, vel nec tamen, legitur, & tamen.

8. Lapsus, quam progressus, potius. ) Paulò aliter verba collocata in vulg. *q. progressus*.  
 9. Transire nequeant. ) Vulg. nequeantur.  
 10. Quin. ) Hæc & Mal. conjectura Cras. & Dec. lectio est vulg. qui.  
 11. Ut iret ad Bibulum. ) Placeret magis Fulvio nisi repugnarent mss. ut iret in Bibulum.  
 12. Spero nos aut certè cum summa gloria, aut sine molestia etiam discessuros. ) Veteres libri, *quis sed gloria, aut sine*.  
 13. Sine molestia etiam. ) Etiam abest à vulg.

CICERO ATTICO, S.

21 **Q**UAM vellem Romam mansisses: mansisses profecto, si hæc fore putassemus, nam Pulchellum nostrum facillime teneremus; aut certe, quid esset facturus, scire possemus. nunc se res sic habet; voluit, furit, nihil habet certis; multis denuntiat; quod fors obrulerit, id acturus videtur. cum videt, quo sit in odio status hic rerum, in eos, qui hæc egerunt, impetum facturus videtur, cum auctum rursus opes & vim exercitus recordatur, convertit se in nos. nobis autem ipsis cum vim, tum iudicium minatur. cum hoc Pompejus egit, & ut ad me ipse referebat, (alium enim habeo neminem testem) vehementer egit, cum diceret, in summa se peridia; & sceleris infamia fore, si mihi periculum crearetur ab eo, quem ipse armasset, & cum plebejam fieri passus esset. sed fidem recepisse sibi & ipsam, & Appium de me: hanc si ille non servaret, ita laturum, ut omnes intelligerent nihil sibi antiquis amicitia nostra fuisse. hæc, & in eam sententiam cum multa dixisset, aiebat illum primo sanè diu multa contra: ad extremum autem manus dedisse, & affirmasse, nihil se contra eius voluntatem esse facturum, sed postea tamen ille non destitit de nobis asperrime loqui. quod si non faceret, tamen ei nihil crederemus: atque omnia sic ut facimus, pararemus. nunc ita nos gerimus, ut in dies singulos & studia in nos hominum, & opes nostræ augeantur. Rempublicam nulla ex parte attingimus. in causis atque in illa opera nostra forensi summa industria versamur, quod egregie non modo iis, qui utuntur opera, sed etiam in vulgus gratum esse sentimus. domas celebratur: occurritur: renovatur memoria consulatus: studia significantur: in eam spem adducimur, ut nobis ea contentio, quæ impendet, interdum non fugienda videatur. nunc mihi & consiliis opus est tuis, & amore, & fide. quare advola. expedita mihi erunt omnia, si te habebo. multa per Varronem nostrum agi possunt, que te urgente erunt firmiora; multa ab ipso Publio elici, multa cognosci, que tibi occulta esse non poterunt: multa etiam, sed absurdum est singula explicare: tum ego requiram te ad omnia. unum illud tibi persuadeas velim, omnia mihi fore explicanda, si te videro: sed totum est in eo, si ante, quam ille inerat magistratum. Puto Pompejum Crasso urgente, si tu aderis, qui per *ῥωμῆν* ex ipso intelligere possis, qua fide ab illis agatur, nos aut sine molestia, aut certe sine ergore futuros. precibus nostris & cohortatione non indiges. quid mea voluntas, quid tempus, quid rei magnitudo postulet, intelligis. De rep. nihil habeo ad te scribere, nisi summum odium omnium hominum in eos, qui temerè omnia, mutationis tamen spes nulla. sed, quod facile sentias, tædet ipsam Pompejum, vehementerque perimitet, non provideo satis, quem exitum futurum putem. sed certe videntur hæc aliquid eruptura. Libros Alexandri, negligentis hominis, & non boni poetæ, sed tamen non inutilis, tibi remisi. N. Numestium libenter accepi in amicitiam; & hominem 7 gravem, & prudentem, & dignum tua commendatione cognovi.

1. *Quam vellem Romam mansisses: mansisses profecto.* Lamb. q. d. Romam mansisses profecto, quod laudat Bos. nisi quod partic. mansisses. Vulg. q. d. Romam quod egisset: a qua duo postrema abesse ab antiquis libris & subadmirari posse, collator Man.  
2. *Cum plebejam fieri.* Vulg. quem plebejam, & c.  
3. *Fidem recepisse.* Lamb. sibi dixisset.  
4. *Tum ego requiram.* Vulg. cum ego, & c.  
5. *ῥωμῆν.* Vulg. *ῥωμῆδα.*  
6. *Sed certe.* Vulg. sed certe.  
7. *Odium & prudentem.* Feern. teste Vrsino, *prudentem* legebat.  
8. *Poste i veniri audiam.* Hæc est lectio Decur. & Torn. ex qua Lamb. aiebat, quam ego possi inveniri nullam puto, vulg. quam ego posse inveniri aiebat.  
9. *Post deinde.* Voculam *post*, quæ a libris impressis aberat, restituit & mss. suis Bos.  
10. *De republica, ut sermo sit.* Vulg. ut voluntate, ut sermo sit.

CICERO ATTICO, S.

**N**UMQUAM ante arbitror te epistolam meam legisse, nisi, mea manu scriptam. ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear. nam, cum vacuit temporis nihil haberem, & cum, recreanda vocula causa, necesse esset mihi *ambulare*, hæc di *ῥωμῆν* ambulans. Primum igitur te scire volo, Samplicerum nostrum amicum, vehementer sui status pavore; restituique in eum locum cupere, ex quo decidit: doloremque suum impetire nobis, & medicinam interdum aperte querere; quam ego posse inventi nullam: post deinde omnes illius partis auctores ac socios, nullo adversario, consensere; consensio nem unum veriorum non me voluntatis, nec sermonis maiorem unquam fuisse. Nos autem (nam, id te scire cupere, certo scio) publicis consiliis nullis interfusmas, totosque nos ad forensam operam, laboremque contulimus: ex quo, quod facile intelligi possit, in multa commemoratione earum rerum, quas gessimus, desiderioque versamur. sed *ῥωμῆν* nostræ consanguineus non mediocriter terrores jacit atque denunciat, & Samplicerum negat; ceteris præ se fert, & offentat. quamobrem, si me amas tantum, quantum profecto amas; si dormis, expergiscere; si stas, ingredi; si ingredieris, curre; si curris, advola. credibile non est, quantum ego in consiliis, & prudentia tua: quod maximum est, quantum in amore & fide posam. magnitudo rei longam orationem fortasse desiderat: conjunctio vero nostrorum animorum brevitas contenta est. per magni nostri interest, te, si comitiis non potueris, ad theatrum illo, esse Romæ. Cura, ut valeas.

CICERO ATTICO, S.

**Q**UAS Numestio litteras dedi, sic te iis evocabam, ut nihil acris, neque incitatus fieri posset. ad illam *ῥωμῆν* adde etiam si quid potes. ac ne sis perturbatus; novi enim te, & non ignoro, quam sit amor omnis sollicitus atque anxius: sed res est, ut spero, non tam exita molesta, & quam audiri. Vettius ille, & ille noster in dex, Cæsar, ut perspicimus, pollicitus est, se se curaturum, ut in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur. itaque insinuat in familiaritatem adolescentis, & cum eo, ut res indicat, sæpe congressus, rem in eum locum deduxit, ut diceret sibi certum esse cum suis servis in Pompejum impetum facere, cumque occidere; hoc Curio ad patrem derisit, ille ad Pompejum. res delata ad senatum est; introductus Vettius primo negabat se unquam cum Curione restitisse; neque id sanè diu. nam statim fidem publicam postulavit. 16 haud reclamatum est. tum exposuit, manum fuisse juvenutis dace Curione, in qua Paulus initio fuisset, & 17 Cn. Cypio hic Brutus, & Lentulus, flaminis filius, concilio patre. postea C. Septimium scribam Bibuli, pugionem sibi à Bibulo acutuisse: quod totum irritum est; Vettio pugionem defuisse, nisi ei consul dedisset; eoque magis id ejectionem est, quod A. D. 111. Id. Mai. Bibulus Pompejum fecerat certatorem, ut caveret insidias. in quo ei Pompejus gratias egerat. introductus Curio filius, dixit ad ea, quæ Vettius dixerat:

11. *ῥωμῆν* nostra consanguineus.) Man. noster consanguineus.  
12. *Quod maximum.* Vulg. quodque maximum est.  
13. *Ad illam ῥωμῆν.* Hæc est & Decur. & Torn. scriptura. Turn. cum animadvertisset in nonnullis mss. legi *ῥωμῆν* & nihil præterea padilla *ῥωμῆν* legendum censuerat. lxxx. c. 13. Vich. edidit, *ῥωμῆν*.  
14. *Quam audiri.* Ita Bos. & Lamb. ex mss. non *audiri*, ut ex conjectura reposuit Vich.  
15. *Ille noster iudex.* Fulvius ex antiquis denariis *iudex*, quod probat Jun.  
16. *Haud reclamatum est.* Particulum *haud* ex Decur. in quo erat, restituit Bos. Lamb. nihil addidit, ut & Jun. auctoritate mss. Pal. & ratione fretus. Mal. conjiciebat, *reclamatum est*.  
17. *Cn. Cypio hic Brutus.* Alii Cn. Cypio & Brutus. Manut. ex antiquo nummo, & aliis M. T. Lucis, & Cypio Brutus.

exerat adolescentium consilium, ut in foro cum gladiatoribus Gabinii Pompejum adorirentur: in eo principem Paullum fuisse; quem confababat eo tempore in Macedonia fuisse; sit s. c. ut Vettius, quod confessus esset se cum telo fuisse, in vincula conjiceretur: qui cum emisisset, contra temp. esse facturum. res erat in ea opinione, ut pararent id esse actum, ut Vettius in foro cum pugione, & item servi ejus comprehenderentur cum telis: deinde ille se diceret indicaturum; idque ita actum esse, nisi Curiones eam ante ad Pompejum detulissent. tum s. c. in concione recitatum est. postero autem die Cæsar, is, qui olim, prætor cum esset, Q. Catulum ex inferiore loco jufferat dicere, Vettium in rostra produxit; eumque in eo loco constituit, quo Bibulo consuli aspirare non liceret. hic ille omnia, quæ voluit, derep. dixit; & qui illuc factus, institutusque venisset, primum Capionem de oratione sua sustulit, quem in senatu acerrimè nominarat, ut apparetur *nostri*, & nocturnam deprecationem intercessisse; deinde, quos in senatu ne tenuissima quidem suspicione attigerat, eos nominavit, Lucillum, à quo solitum esse ad se mittere C. Fannium, illum, qui in P. Clodium subscripserat; L. Domitium, cujus domum constitutam fuisse, unde eruptio fieret; me non nominavit: sed dixit, consularem disertum, vicinum consulis, sibi dixisse, ANA-  
LAM Servilium aliquem, 4 aut Brutum opus esse reperiri: addidit ad extremum, cum, jam dimissa concione, revocata ad Vatinio fuisset, se audisse à Curione, his de rebus confcium esse Pisonem generum meum & M. Latentem. nunc reus erat & apud Crassum divitem Vettius de vi: & cum esset damnatus, erat indicium postulaturus: quod si impetrasset, judicia fore videbantur. ea nos, utpote qui nihil consemere solemus, non pertimescebamus. hominum quidem summa erga nos studia significabantur: sed prolixus vitæ tædet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. modò eadem timeamus, quam oratio fortissimi feniis Q. Confidii discusserat: ea, quam quotidie time-  
re poteramus, subito exorta est. quid quæris? nihil me

infortunatius, nil fortunatius est Catulo, 7 cdm splendore vitæ, tum hoc tempore. nos tamen & in his miseriis *triste animo*, & minimè perturbato sumus; bonèssimeque, 9 & dignitatem nostram magna cura tuemur. Pompejus de Clodio jubet nos esse sine cura, & summam in nos benivolentiam ro omni oratione significat. Te habere consiliorem auctorem, 11 solitudinum socium, omni in cogitatione conjunctum, cupio. quare, ut Numestio mandavi, tecum ut ageret, atque eo, si potest: acris, te rogò, ut planè ad nos advoles. respiraro, site videro.

CICERO ATTICO, S.

CUM aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, volam illum scire ex te, me id fecisse, ut nuper meis seis scripisse ad te de Varonis erga me officio, te ad me referipisse, eam rem summæ 13 sibi voluptati esse. sed ego malle, ad illum scripisses, mihi illum satisfacere, 13 non quo faceret, sed ut faceret. mirabiliter enim 14 moratus est, sicut nosti, 15 *ἔλιξά, καὶ ἔδδν*. 16 nos tenemus præceptum illud, 17 *πὸς τῶν κατὰ τὸν*. ad hercule alter, tuus familiaris 18 Hortalus quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornate nostras laudes in astra sustulit, cum de Flacci prætura, & de illo tempore Allobrogum diceret; sic habeto, nec amantius, nec honorificentius, nec copiosius potuisse dici. ei te hoc scribere à me tibi esse missum, sanè volo. sed quid tu scribas? quænam jam ego venire, atque abesse arbitror. ita enim egi tecum superioribus literis. valde te expecto, valde desidero; neque ego magis, quàm ipsa res & tempus possit. His de negotiis quid scribam ad te, nisi idem, quod sep. Rep. nihil desperatus: iis, quorum opera, nihil majore odio. Nos, ut opinio, & spes, & conjectura nostra fert, firmissima benivolentia hominum muniti sumus. quare advola. aut expedit nos omni molestia, aut eris particeps. Ideo sum brevior, quòd, ut spero coràm brevè tempore conferre, quæ volumus, licebit. Cura, ut vales.

Hhh 4

M. TVL

1. Adolescentium.) Vulg. adolescentum.  
2. Cum gladiatoribus.) Non dubitat Man. quò abundet particula, cum.  
3. Et qui illis fuisse.) Ita Scidæ & Mal. eodè vulgus qui.  
4. Aut Brutum.) Aut etiam Brutum, vulg.  
5. Apud Crassum divitem Vettius de vi.) Ita Faëra. ex antiquo libro restituit, cum antea desisset nomen Vettius.  
6. Nihil me infirmitas.) Rectè ita restituisse Lamb. ex conjectura, ait Bos. nisi quod omiserit verbum est, ante nomen, Catulus, ita enim planè legitur in Dac. Ceterum pro Carulo Man. legere vellet vel Duculo, vel Carulo. Totus hic locus ita ante legebatur, nihil me infirmitas & Catulo.  
7. Cum splendore vitæ, tum hoc tempore.) Lamb. cum splendore vitæ, tum hoc tempore.  
8. In his miseriis.) Vulg. in his etiam miseriis.  
9. Et dignitatem nostram.) Vulg. dignitatem nostram & magna, etc.  
10. Omnia vitæ.) Ita Mal. Memm. & Torn. eod. non ut plerique vulg. rationi.  
11. Solitudinum.) Vulg. solitudinum.  
12. Sibi voluptati.) Conjectura Bæsi. vulgò, tibi.  
13. Non quo faceret.) Ita restituerunt Bos. & Lamb. ex Torn. Vulg. illa verba, sed ut faceret, absunt.  
14. Moratus est.) Placeret Man. invidiosus est. Bos. legit dicitatus, tanquam esset nomen auctoris alicujus.  
15. ἔλιξά, καὶ ἔδδν.) Euripidis Andromacha sic habet integrum locum: *ἔλιξά καὶ ἔδδν ὄντας, ἀλλὰ πάντα πέραν φρονήτης*: quorum mens est in volucris circumtectæ, quique minimè sincero & candido estis animo, sed versute omnia cogitatis.  
16. Τὰς τῶν κατὰ τὸν.) Euripidis integer versus sic habet: *Τὰς τῶν κατὰ τὸν τῶν ἀμαθῶς φέρου ὄντων*. Dominantium stulticiæ ferre oportet.  
17. Nos tenemus.) Vulg. sed nos tenemus.  
18. Hortalus.) Ita reposuere Lamb. & Bos. ex mf. alias, Hortensius.